



ationum
spec.



OBSERVATIONVM
IN
PENTATEUCHVM
SPECIMEN TERTIVM

EDIT

ET

DISCESSVM PVBLICVM
TRIVM

ACADEMIAE CANDIDATORVM

D. APR. MDCCLXXVI

IN AVDITORIO PRIMO
RITE CELEBRANDVM

INDICIT

THEODORVS IOANNES ABRAHAMVS SCHVTZE

A. M.

SCHOLAE SENAT. NVMBVVG. RECT.

WEISSENFELSAE, AES IFIVM.

B. v. in der Abhandlung N. 22.

OBSERVATIONVM

PENTATEUCHVM

SPECIMEN TERTIVM

PRIMUM

IN V. D. B. M.



ACADEMIAE CANDIDATORVM

IN A. D. D. I. O. R. I. E. N. S. I.

THEODORVS JOHANNES ABRAHAMVS SCHVLTZE

1774





Anno superiori, cum similem proluisionem scriberemus, prelo qualiacuna-
 que nostra observata in secundum caput Geneleos commissimus.
 Interruptam ibi orationem nunc hic continuamus. Primum igitur ad v. 7.
 attendimus, ut מַעֲיָא consideremus, et, num Masorethica punctatio ejus
 verbi retinenda sit, nec ne, videamus. MICHAELIS enim, ut est ele-
 gantiae aduetus, vertit: *und lies einen lebendigen Oden in seine Nase
 wechen*, addiditque in Notis: *ich bin hier von den Puncten der Juden ab-
 gewichen, nach denen übersetzt werden müßte: Gott blies einen lebendigen
 Oden in seine Nase. Der Sinn ist beydenmal einerley, und nur die harte
 Figur, das; Gott in die Nase blüset, welche blos auf den jüdischen Pun-
 cten beruhet, vermieden.* Mihi quidem vertendi ratio admodum probabilis
 videtur, cum recentiorum linguarum urbanitas rudes Hebraeorum dictiones
 horret. Nec mirum est, crasse nonnulla, praesertim a sensibus remota,
 dici a priscais Hebraeis solere, qui nec Rhetoricae, nec Philosophiae tem-
 pus impendissent. Experientia enim condocesacti scimus, iis artibus
 omnium populorum linguis aliud quasi ingenium dari. Quid? quod post
 enuia statim eruditionis initia scribendi genus apud Hebraeos recentiores
 emendatum videmus, Mosem cum Davide comparantes. Ille, sicut Hie-
 roglyphicis picturis innutritus fuit, ita in scriptura sensibus magnam ubique
 operam dedit: hic quam artificiose multa exprimit, quam docte, quam subtili-
 ter! Unde hic ita scribit, ut exemplum praebeat saepenumero: ille non raro
 sic, ut imaginandi facultati inservisse, hoc est, anthropopathicis phrasibus ad-
 dictus



dictus videatur. Neque quisquam, ut spero, animi tam pusilli erit, qui hanc opinionem in *θεονευσία* injuriosam existimet, cum inter omnes constet, admirabili *συγκριβίσι* Spiritum sanctiorem indoli cujusque Scriptoris sacri, et populi Iudaici propensione in res sensibus subiectas satisfecisse. Sed ea observatione vulgata punctatio, quae *ויפך* ad Kal refert, ita juvatur, ut difficile sit eam non retinere. Est etiam imago non multo infuavior, quam illa in *ויצר* v. 7. aut in *ויטע* v. 8. Deus enim cum manibus quasi sinxisse, plantationem in se suscepisse, atque adeo cap. III. vestimenta confecisse dicitur: naribus inspirasse eum, Mosi dicere non liceat? Ad hoc multis, si opus esset, documentis probari posset, sicut a Graecis et Latinis quaedam, nobis invenusta, non fuerunt fastidita, ita ab Hebraeis magis decore, quam a nobis nares appellari, praesertim cum Moses de re physica scribat: in qua causa ut nostris hominibus suo quodque nomine vocare licet, ita ille, de corpore animato cum ageret, Deum homini animam inspirasse, non magis dicere metuebat. Nostra quidem aetate nostrisque in regionibus nemo rem sic expositurus erat: Mosi autem propter ingenium et linguae, et populi, parum politum, suo tempore non adeo displicere hujusmodi anthropopathia debuit. Tales enim picturae popularitati apud veteres Hebraeos inferviebant.

Ad v. 18. quod attinet, ejus initium, sunt, qui vertant: *et five postea dixit*. Alii malunt: *dixerat autem*. Inde diversae proficiuntur opiniones, quarum una legem de arbore vetita soli Adamo promulgatam, ab eodemque postmodum Evae repetitam: altera marito et uxori simul a Deo latam existimat. Res ipsa, Dogmatice si spectatur, est ejusmodi, ut in utramque partem impune de illa disputari liceat; si Exegetice, majore accurratione opus. Diligentes enim interpretes non possunt praetervolare. Sciunt vero etiam, qui praecipites opinatores esse haberi que nolunt, labi et falli quam facile sit in tali negotio. Quam ob rem et ego veniam ab aliis impetrabo, si quid minus credibile proposuero: et alios a mea sententia discedere, animo feram aequissimo. Ante omnia, id quod nemo negabit, sciendum est, Hebraicum *ויאמר* ambiguitate non carere. Tutiorum forsan locum nactus sibi quis videatur, si ad repetitionem mandati cap. III. 3. confugerit, ubi pluralis numerus verborum *תאמרו הנני תחת* pugnae quasi subsidium conspicitur. Sed vel legem ibi Moses intelligere potuit a viro ad uxorem translata: vel, ut alibi solet, in repetenda oratione

tione verba mutare. Utrumque fieri potuisse, lectori attento haud dubie apparet. Quare nolim è cap. III, quicquam hujus rei expedire. Probabilior existit sententia, si orationis Mosaiicae filum, manu quasi tenens, persequaris. *Adamum, narrat, in Paradiso degere jussum, cui in novo amoenissimoque horto confisitato lex divinitus innotuerit. Post haec mulier creata legitur.* Qua narrationis serie vero fit simillimum: Adamum ante formatam conjugem legi divinae paruisse. Quam diu autem paruerit, non magis e Mosis verbis definire audeo, quam tempus integritatis ultimorum parentum. Sed non potest sine controversia poni, quod ita factum est credibile, cum usus loquendi permittit, maritum solum alloqui, uxorem simul intelligere. Sic Lotus respicere prohibetur solus, cum tamen id ad uxorem quoque pertinuisse, pateat ex poena. (Cf. Castellio ad h 1) Neque dissimilis ille locus est N. T. Act XVI, 31. *πιστευον ἐπι τὸν Κύριον I. X. καὶ σάδην οὐ καὶ ἐ δὲ ὄσ σκ.* Sed nomina animalibus quibusdam in Paradiso videntur imposita esse prius, quam praesto esset Eva. De qua denominatione statim dicere aggrediar, si כַּנְנֹר v. 18. haud recte prius dixero verti: *coram eo*, quod Hebraice sonat לַכְּנֹר vel כַּנְנֹר, atque Lutherum antecedentem vocem עֵץ multo commodius reddidisse, concreto usum pro abstracto, (*sine Gehülfsu*) quam vulgares quosdam libros, abstractum retinentes (*adjutorium*).

Ad nomenclationem igitur ut accedam, fateor, admodum laudabilem de ea MICHAELIS sententiam videri, Mosis mentem, Rabbino- rumque, laevi hominum ingenii, commenta, ut par erat, discernentem. (Vide Notas ad v. 19. 20.) Non enim animantium omni generi indicta quasi comitia Moses videtur describere, sed quod natura factum sit, atque instinctu quodam quaerendi et parandi, quaecumque ad vivendum essent necessaria, ut pastum, latibula, et alia ejusdem generis. Quae cum ubique anquirerent pecora, discurrerant oculisque Adami observabantur. Atque is, quoniam rationis erat particeps, eorum nunc gressus et volatum observabat, nunc similitudinem formamque comparabat, ob eamque rem primo animi causis, mox ad Dei excellentia opera perspicienda et admiranda, denique ad cognitionem scientiamque universae naturae augendam alliciebat ea, mulcebat, audiebat, imitabatur vocem illorum distinguebatque, postremo seu forte, seu ratione suo quodque nomine appellare consuescebat. Aliter rem gestam esse e textu Hebraico, remotis opinionibus, non facile probabitur.




Nomen enim כל v. 20. sine dubitatione temperamentum admittit, quin id de multis saepe, nonnunquam de paucis etiam adhibetur, e. c. Gen. XXXII, 20. Quamquam tantum abest, ut de paucis hic dictum putem, ut quam plurima nomen accepisse statuam: tamen vere contendere mihi posse videor, כל de omnium numero ita dici, ut exceptioni locus relinquatur; quod vel Abarbanel ad h. l. concedit. Piscibus certe nomina tunc nec imposuit Adamus, nec uno die omnia animalia lustrare potuit. Verbum autem ויבא, quod de insolito conventu, miraculo simili, explicari solet, de cura Dei et providentia ordinaria quo minus intelligatur, nihil profusum impedit. Nonne similiter occurrit v. 22. Hic certe qui Evam manu ductam ad Adamum fingere voluerit, quid sit ἀνδραγονοπαδῦς de Deo loqui, nescisse videatur. Et, quod maxime notari meretur, Moses, anthropothice dicere se, adeo non dissimulat, ut ex adjecta formula: לראות מה-יקרא-לך quis illud non studiose colligere, sed nullo negotio perspicere queat. Si enim hoc, ut nemo negabit, aliter intelligendum, quam dictum est: cur non eadem ratione praecedentia interpretabimur? Neque tamen tanti mea ipse facio, ut meliora tradenti faciles et vacivas dare aures nolim.

In versu 24 viri docti non consentiunt. Nobis vertendus sic videtur: *Quare vir patrem matremque deseret, ut uxori opem ferat. Etenim sunt unum quasi corpus.* Verba eodem modo Michaelis vertit, sed tempora et particulam γ alio trahit: *Darum mag ein Mann Vater und Mutter verlassen, aber seiner Frau soll er anhangen, und sie sollen ein Leib seyn.* Quam versionem in notis compositae commendavit. *Dieser Vers euthält keine Worte Adams, wie könnte der am ersten Tage der Schöpfung schon von Vater und Mutter reden? und woher hätte er diese Begriffe bekommen? sondern eine Anmerkung, welche Moses über die bisherige Geschichte macht, und deswegen habe ich ihn in eine Parenthese eingeschlossen. Vater und Mutter verlassen, heißt nicht, sich den bloßen Ort nach von ihnen entfernen, und aus ihrem Hause ausgehen. Dies geschah weder von den ersten Söhnen Adams, wenn sie ihre eigene Schwestern heyratheten, noch auch zu Moses Zeit von den Israeliten. Denn diese blieben gemeinlich bey der Heyrath in dem Hause ihres Vaters, und die Braut mußte das Haus ihrer Eltern verlassen. Vielmehr ist verlassen hier so viel, als Vater und Mutter die Pflichten des kindlichen Gehorsams*



hofsams und Liebe aussagen, ihnen ferner nicht helfen, sie als fremde ansehen. Moses, der in seinen bürgerlichen Gesetzen die Ehescheidung wegen der Herzenshärte der Israeliten erlaubt lassen mußte, stellet sie hier als eine recht große Sünde vor, die noch größer sey, als die Uebertretung des vierten Gebots, und die Trennung des natürlichen Bundes zwischen Eltern und Kindern: so daß man lieber Vater und Mutter verlassen sollte, als seine Frau. Die Meinung ist deswegen nicht, daß das erste wirklich erlaubt sey etc. Quae quanquam ingeniose sunt disputata, alios tamen hujus rei arbitros libet advocare. Nam si pro certo Vir summus habet, Mosem hoc loco suam interferere sententiam: ego contra loquendi usum esse hoc quidem non statuo, quia Moses solet alibi suam interpositam orationem voculis **על-כן** indicare. Sed neque perpetuus ille observatur usus, neque saepe Praeterita cum Futuris, aut Imperativis, ut hic **רבק** et, **הויר**, a Mose permutantur, neque notiones patris et matris id conficiunt. Etsi enim verum est, primo vitae die Adam parentum ad liberos relationem ignorasse videri, nisi divinae imaginis ideam amplio animo informare voluerimus: nescio tamen, an praecedentia verba **לזאת** **יקרא אשה** alia omnia nobis persuadeant. Viri enim et uxoris ratione cognita, pater et mater quis dicatur, ignorari non potest. Quod si vero **אשה**, ut videtur, significet hominem tantum sequioris sexus, sine conjugii notione: Adamus sine peculiari Numinis patefactione vix videatur dixisse: *de viro haec sumpta est*. Unde enim hoc constabat evigilanti, nisi aut per somnium divinum, aut ex oratione Dei apparentis, a Mose brevitate causa omissa? Quare cum Moses nonnulla praetermiserit, nos de limitibus notitiae harum rerum in Adamo nihil certi proferre possumus. Vox eerte, in quam tanta cum fiducia erumpit, non est conjicientis, aut parum cognita annuntiantis. Alii v. 24 Deum loqui putarunt coll. Matth. XIX, 4. 5. Sed haec ratio propter seriem orationis Mosaicae valde displicet. Apud Matthaeum igitur si Christus Deum locutum ait: non tam sermonis commercium, quam Scripturae **θεορνεύς** monumentum intelligit. Alii Adamum ex instinctu Spiritus S. haec verba protulisse putant. Equidem ex sua quemque conscientia subdificilem volo controversiam dirimere, nec verba de illa fecissem, nisi, quid certum sit, quidve probabile in ea, breviter ostendere libuisset, ne magnorum, quae saepe interpretibus imponit, virorum auctoritas omnem dubitationem videatur removisse.

6



Vt vero ad rem, cujus causa haec typis exprimens curavimus, accedamus, *trium juvenum*, hanc scholam cum Academia commutantium, *orationes indicimus*, quas crastino in auditorio primi ordinis habebunt, recitaturi simul carmina Latina, Deo, PATRONIS SCHOLAE AMPLISSIMIS, et INSPECTORI MAXIME REVERENDO, nec non *singulis Magistris* gratum significantia animum. Primus quidem

Carolus Adolphus Stockmannus, Numburgensis, virtutis ac bonarum litterarum studio commendabilis, dicit de *periculo in auctoribus classicis latente*. Alter

Ioannes Augustus Bretschneider, Numburg, probitatis laude, ac Latinae, Graecae, Franco-Gallicae linguarum notitia praeditus, nec Logices ac Rhetorices ignarus, de *priorum litteras tradendi ratione imitanda*. Tertius denique

Adolphus Wencesl. Schmidius, Stoeffena-Saxo, qui veteres ac recentiores linguas, Rethoricam et Logicam nec invita Minerva, nec tarda industria coluit, de *asperitate Lutheri non animo, sed temporibus tribuenda*.

Abitum horum votis prosequetur *Io. Aug. Sproede*, Leucopetr. orationum habiturus de *Antiquitatum Rem. utilitate*. Rogamus igitur omnes Scholae nostrae *Fautores*, ut dicturos cras h. IX. audire ne dedignentur, Scrib. Numb. d. Apr. MDCCLXXVI.



Fol. 1297

ULB Halle


3


003 006 867



f
56







Farbkarte #13

B.I.G.

SERVATIONVM
IN
ATEVCHVM
IMEN TERTIVM
EDIT

ET
CESSVM PVBLICVM
TRIVM
AE CANDIDATORVM

APR. MDCCLXXVI
VDITORIO PRIMO
TE CELEBRANDVM
INDICIT
ANNES ABRAHAMVS SCHVTZE
A. M.
E SENAT. NVMBVRG. RECT.

NFELSAE, AES IFIVM.
Handwritten: N. 22.